

4904

C. CORNELII
TACITI
O P E R A
QVÆ EXSTANT.

IUSTVS LIPSIUS postremum recensuit.

Additi COMMENTARII meliores plenioresque,
cum CURIS SECUNDIS.

Accesserunt scorsim Notae Iosiae MERCERI
ad eundem Tacitum.



Ex libris Collegii Teologorum
C.N. 22.



P A R I S I S.
Apud Ioannem Gesselin, via Jacobæa,
sub signo D. Martini.

M. DCVI.



IMPER. CÆSARI MAXIMILIANO. II.

A V G . G E R M A N I C O .

P. P. P I O . F E L I C I . B . R . N .

I V S T V S L I P S I V S

D. N. M. Q. E I V S.

ISTORIAM aptè scribere, Imperator, maiorum temporibus non solum magna, sed etiam rara laus fuit. Vtriusque caussa à difficultate est: difficultas ex eo, quòd quæ alijs scientijs ferè singula proponuntur, ea historiæ legitimæ vniuersa. Poëta si adpositè ad delectationem; orator ad fidem; philosophus ad vitam dicat: impletse munus suum videntur. Historiæ scriptor nisi hæc tria simul misceat ac temperet, frustrà se iactet in singulis, neque adlegi aliter inter meliores illos & quasi patricios historicos à prudenti Censore potest. Sed primum de tribus omnis historia habet, quia animos nostros nuda narratio, cuicuimodi illa, naturâ de-

C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV DIVI AVGVSTI
=ANNALIVM LIBER PRIMVS.

BREVIARIUM LIBRI.

AVGVSTVS Nole mortem obit. Tiberius succedit, tardè & cupidinem distin-
laus. Pannonicas legiones tres grauis sedatio incessit. ea, missò Druso Tib. F. agrè
componitur. Idem in Germania inferiore motus, qui confudit, non sine sanguine & cede.
Germanicus Cesar in hostem ducit: eaq; expeditione Massi, Tubantes, Bructeri, Usipetes
vastati am confisi. Iulua Augusti F. Rbcggi viam finit. Sedales in honorem Augusti, &
ludi Angustalia instituti. Germanicus iterum Rhenum transmittit, in Chattos dicit.
agros, domos, homines vastat, vrit, cedit. Segestes absidione Arminii liberatur. Obbas
Imperator consulatus. Bellum deinde in Cheruscos gestum, reliquie Vari & militum
lethæ iusq; suprema soluta. Romani in reditu, sub Cacina duce, periclitati. tamen hostes
prospera eruptione fusi, fugati. Maestrii lex reducta & asperè exercita. Tiberis inun-
dat. Theatralis tumultus est: & per eam caussam decreta patrum expressa ad coercen-
dos hispanios. Postremò actum de subduendis Tiberi aquis. eaq; nomine querela ciuita-
tum Italicæ & legiones. Hæc biennio ferè gesta.

SEX. POMPEIO, ET SEX. APULEIO COSS.

NERONE CLAUDIO DRYSO CAESARE, ET C. NORBANO COSS.



R E M R O M A M à principio reges habuere. Li- re rem. Ge-
bertatem, & Consulatum L. Brutus instituit. Dicta- thi:
turæ ad tempus sumebantur: neque Decemviralis
potestas ultra biennium, neque Tribunorum mili-
tum consolare ius diu valuit. Non Cinna, non Sul-
la longa dominatio. & Pompej Crassiq; potentia,
citò in Cæsatem: Lepidi, atque Antonij arma, in
Augustum cessere. qui cuncta discordiis ciuilibus fessa, & nomine Prin. Ad Augu-
cipis sub imperium accepit. Sed & veteris * reip. prospera veladuersa, stria.
claris scriptoribus memorata sunt: temporib; que Augusti dicendis
non defuere decora ingenia, donec ⁶ gliscente adulazione deterren-
tur. ⁷ Tiberij, Caiiq;, & Claudij, ac Neronis res, ⁸ florentibus ipsis, ob
metum falsa; postquam occiderant, recentibus odii compositæ sunt.
Inde consilium mihi pauca de Augusto, & extrema tradere: mox Tibe-
rij principatum, & cætera. sine irâ, & studio, quorum cauñas procul ha-
beo. Postquam Bruto, & Cassio cæsis, nulla iam publica arma; ⁹ Pom-
peius apud Siciliam oppressus, ¹⁰ exutóq; Lepido, interfecto Antonio,
ne Iulianis quidem partibus, nisi Cæsar dux reliquus: posito Trium-
uiri nomine, Consulem se ferens, & ad tuendam plebem Tribunicio
iure contentum; ¹¹ ubi militem donis, populum annonâ, cunctos dul-
cedine otij pellexit; insurgere paulatim, munia Senatus, magistratum,

Qui primus, princeps di-
cti.

* Populi

Romani.

Materia huius

scriptorium:

A Tiberio ad

Galbam.

Artes & via

Augusti ad

imperium.

A

IVSTI LIPSI
A D
A N N A L E S
C O R : T A C I T I

L I B E R
C O M M E N T A R I V S
Variis in locis vtiliter auctus.



P A R I S I I S,
Apud Ioannem Gesselin, via Jacobæa,
sub signo D. Martini.

M. D C V I.

AD LECTOR E M.



A B E S Commentarium meum, Lector, opinione tuâ, & promisso meo fortasse tardius. nec mirum: quia serio opus adgressus, eiusmodi competri, ut properandum in eo mihi fuerit, non festinandum. Multa in Annalium libris rara, recondita, & paucitate scriptorum eius æui obscura: multa etiam ex non vulgatis ritibus & vetustissimo iure haurienda. Nec dux mihi alias ad hoc iter. Primi, inquam, hanc viam ingredimur, Ferreto, Alciato, Vertranio visam potius quam tritam. Denique scripsi hos Commentarios non exscripsi: & meo remigio, ut ille ait, rem gessi. Correctiones aliquot veteres firmaui, nouas addidi. neutrum ambitiosè: quia certè peccamus iam nos Critici in hanc partem; & ut olim vitiis, sic nunc remedii laboratur. Quædam etiam in aliis scriptoribus passim animaduersa: non quia adfectarim, sed quia dabant se sub manum. Ut in segete flores quidam internascuntur suâ sponte: sic in his scriptis alieni generis notæ. Historiæ & moribus, cum opus fuit, prætuli facem: sed non nisi cum opus. Nam vulgata quædam, & è Dione Suctonióque in loco prompta adsperrgere, cui rei? Fanaticorum est & eorum qui exierunt è potestate, mero meridie accendere lucernam. Et tamen, scio, facilia quædam mihi visa, quæ obscura aliis. sed quid? iam ante testor me nec pueris ista elaborasse (quid enim iis cum Tacito?) nec detortis quibusdam varisque iu-

IVSTI LIPSI
AD LIBRVM PRIMVM
ANNALIVM
COMMENTARIVS.

1. **AII CORNELII Taciti.]** Id verum huic scriptori prænomē adserni. Prænomen
Sidonius lib. iv. ad Polemū epistola: Caius Tacitus ē maioribus vnuſ
tuis, Vlpianorū temporum consularis. Et ad Leonem: Namque &
antiquitū cūm Caius Cornelius Tacitus Caio Plinio Secundo
paria fuasisset. Sed & epigraphe Farnesiani libri, C. Cornelij Taciti
Romanas historias scribētis ex his qui repetiuntur liber primus.
Publinū prænomen quod in libris triitis, à casu aut à vulgo est. Mishi autem in ipso adīstū testa-
ri placet. Odi profanum vulgus & arcco.

2. **Annalium liber.]** Bene Rbenanus, qui hanc inscriptionem adserit, etiam contra G-
bro. In quibus plerisque est, Actorum diurnalium, vel, ut in Veneto, Actionum diur-
nalium. Qui tamen titulus non accepto referendus alicui imperito. Unde enim illa in mentem
fuissent Acta, vel Diurna? sed cuiquam antiquioris aui, qui Taciti Annales non incepissimē
comparauit cum Actis vrbis. Quicn tamen refellit ipse Tacitus lib. xiii. Nectone II. L. Pi- Inscriptio he-
rum libroū.
Acta diama-
non esse.
sone Coss. pauca memoria digna cuenere, nihil cui libeat laudandis fundamentis
& trabibus volumina implete: cūm ex dignitate populi Rom. repetum sit, res il-
lustres Annalibus, talia diurnis vrbis actis mandare. Alibi: Nemo Annales nostros
cum scripturā eorum contenderit. Itēmque: Ni destinatum mihi foret suum quæ-
que in annum referre. Etiam Iorvandes in rebus Gotbiscis, Cornelium hunc citat Anna-
lium scriptorem.

3. **Neque Decemviralis potestas ultra biennium.]** Ita accipio, quasi dicat, band
multo ritore biennium. Nam exacte si putas, reuera ultra biennium Decemviri imperium
tenere. Liviuſ & Fastos vide. Nec tamen Vertranio adserior, ultra triennium suffi-
cienti. Nam id includat triennium eos imperasse. quod contrā est, & non nisi supra biennium
eliquit mense.

4. **Nomine principis sub imperium accepit.]** Non erga tam celebre tunc Impera-
toris nomen, ea quidem notatione. Et Augusto visum istud Principis, ministrū inuidie:
qui etiam olim Princeps Senatus. Quod exemplum non dubie fecit. Neffer insidie. Non re-
gno tamen neque dictatura, sed Principis nomine constitutam temp publicam. One-
dins de Augusto ad Romulum.

Tu domini nomen, Principis ille tenet.
Vulgata le-
gio recentis.
Dio de Tiberio: οὐαὶ γέροντας, οὐαὶ τὸ ἀρχαιόν, οὐαὶ μάλιστη τὸ παλαιό τὸ θε-
ωρόν τὸ δίκαιον, οὐαὶ πολύτερον τὸ φρεατών, οὐαὶ διὰ λαοῦ οὐαὶ κρεετος εἰώ: Princeps autem
Senatus, titu prisco, dicebatur, & ipse sepe aiebat, Dominum se seruotū esse, Impe-
ratorem militum principem ceterorum. Nec teneat aliter Tacitus appellat. Inde Principi-
patus, & Principis etiam pro imperio, Suetonij cap. xxxi. Augusti principium, clade Va-
xianā Tiberij, ruinā spectaculorum memorabile factum. Ita opt. liber, & puto sincerū.
Principium
pro principi-
apoſtūm.
Tertullianus quidem receptam eam significationem fuisse ostendit, aduersus Hermogenem:
Possunt & aliter, inquit, principiū interpretari, non abs te tamen. Nam & in Græ-
co principiū vocabulum quod est ἄρχοντα, non tantū ordinatiuum sed & potesta-

IOSIÆ MERCERI AD
CORNELIVM TACITVM
— ALIQVOT NOTÆ.

CLARISSIMO VIRO IAC.
AVGVSTO THVANO SACRI CONSISTORII
CONSILIARIO, ET SENATVS PARISIENSIS
Præfidi , Iosias Mercetus. S.

QUAE in Tacito mihi obseruata , multa mouerunt ut publicarem sub auspiciis clarissimi nominis tuis ; præcipuum , quod in hac dignitate , quæ ad maiores curas quotidie vocat , tu ramen affidius in literis ; & qui in rebus publicis probitate ac prudentia supra ceteros , idem in omnibus studiis doctrina ac iudicio etiam supra eos , quibus propria hac cura . Itaq; ini ad Censorem , non ad defensionem . Neque enim defensionem paro aduersus eos qui in vnuersum genes hoc litterarum criminantur , quod non intelligunt ; neque eos moror qui en- palabunt auctum aliquid in hunc scriptorem post tot clarorum virarum lumina ; qui si Tacitum non ex umbilicis & indicibus noverint , scient profecto esse adhuc plura que doctorem querant , & in tanto auctore superesse magnam messem magnis ingenii . Excisem potius omni- bus , quod tam pauca , tam levia animaduerterim ; & ex tantis vulneribus sanauerim minus maligna ; atque hoc lucidare sustineam ; excusem tibi , quod tam leuem operam proponere au- sim sub illustri nomine . Sed illa amicorum culpa , qui hoc studiis priuatis notatae volauerunt dari in publicum ; hoc propriam ea est , qui hoc qualcumque est , non ambitione , sed iudicio , volui ex hac monumentum eius admirationis , eius affectus , quo prosequar dum vitam sin- gulari hanc eritionem , integritatem , humanitatem tuam . Salve . A. D. VI. ID. Decemb.
M. D. LXXXVIII.

I. B. I. ANNAL. pag. 14. *Largitio differebat in hiberna cuiusquam.*]
Vitium huius lectionis animaduetum viris doctis , medicinam ten-
tauerit , quæ facillima fuit , obseruato more militie . Astiuia castra
plures legiones habuerunt intra idem vallum , paratas hosti : ubi
hyems inguebat , abibant in hiberna , quæ sepius intra urbes aut
proxime eas : & abibant discretæ ac separatae legiones , vt sepius tot ciuitates hi-
bernis tenebrent , quot legiones essent ; aut si quando duæ tenebrentur iisdem hi-
bernis , castra tamen separatim metarentur . Exempla vbiique apud Cæsatem , Taciti-
tum , alios . Et nostra militia idem tenet , quæ singulas catervas hibernatum mit-
tit præsidio singulis ciuitatibus . In exercitu Pannonicó dixit supra : Non aliud ma-
lorum levamentum quodam si linquerent castra infanta , tenebantque , & soluti puerulo suis
quisque hibernis redderentur . Primum octaua , deinde Qvinti , decima legio redire . Noranus
apparienda Tiberij epistolas clamitatur . Vbi vides iisdem astiuis attentas simul tres
legiones , separatas , quum itum in hiberna . Itaque nonani illi manendum simul in
astiuis clamabant , dum pollicitoru fide sapparet , ne separati spernerentur . Idem
prosper , in hoc exercitu Germanico fuit . Quatuor legiones in iisdem astiuis erat ,
prima , quinta , vicesima , & vnde uicesima . Eatur lectionem periculosisimam